

472
hominis: oculi tui in me,
& non subsistam.

Utinam appenderentur
peccata mea, quibus iram
merui. Et calamitas quam
patior, in statera. Quasi
arena maris hæc gravior
appareret, undè & verba
mea dolore sunt plena. Et
calamitas. *lectio iij.*

Sicut consistunt nubes,
& pertransit: sic qui
descenderit ad inferos, non
ascendet. Nec revertetur
ultra in domum suam, neque
cognoscet eum amplius
locus ejus. Quapropter &
ego non parcam ori meo,
loquar in tribulatione spiritus
mei: confabulabor cum
amaritudine animæ meæ.
Numquid mare ego sum,
aut cæcis, quia circumdedisti
me carcere?

Quare detraxistis sermō-
nibus veritatis: ad incre-
pandum verba componi-
tis, & subvertere nitimini
amicum vestrum?

Verumtamen quæ cogi-
tastis, explete. Quod
justum est, judicate: &
non inveniētis in lingua
mea iniquitatem. Verum-
tamen. Gloria Patri. Ve-
rumtamen.

Antiphona.
In omnibus his non peccavit
Job labiis suis, neque
stultum aliquid contra Deum
locutus est.

DOMINICA II.

In primo Nocturno.

De libro Job.
Cap. 9.

ET respondens Job, ait:
Verè scio quod ita sit,
& quod non justificetur
homo. composuit Deo.
Si voluerit contēdere cum
eo, non poterit ei respon-
dere unum pro mille. Sapiens
cōrde est, & fortis robore:
quis resistit ei, & pacem
habet? Qui transiit montes,
& nesciunt hi quos subvertit
in furore suo.

Si bona suscepimus de
manu Dei, mala autem
quare non sustineamus? Dō-
minus dedit, Dōminus ab-
tulit: sicut Dōmino placuit,
ita factum est: sit nomen
Dōmini benedictum. Nudus
egressus sum de utero
matris meæ, & nudus re-
vertar illuc. *lectio ij.*

Qui commovet terram
de loco suo, & colūmnæ
ejus concutuntur. Qui
præcipit Soli, & non
oriunt: & stellas claudit
quasi sub signaculo. Qui
extēdit cælos solus, & gradiuntur
super fluctus maris: Qui facit
Arcturum, & Orionem, &
Hyadas, & interiora Austri.
Qui facit magna, & incom-
prehensibilia, & mirabilia,
quorum non est numerus.

Antiphona.

¶ Antequam comedam,
suspiro, & antequam inun-
dantes aquæ, sic rugitus
meus: quia timor quem ti-
mebam, evenit mihi: &
quod verberabam, accidit: non-
ne dissimulavi? nonne silui?
nonne quievi? **¶** Et venit
super me indignatio. **¶** Ecce
non est auxilium mihi in
me, & necessarij quoque
mei recesserunt à me. Et
venit super me. *lectio iij.*

Si venerit ad me, non vi-
debo eum: si abierit,
non intelligam. Si repente
interroget, quis responde-
bit ei: vel quis dicere po-
test: Cur ita facis? Deus,
cujus ira nemo resistere po-
test, & sub quo curvantur
qui portant orbem. Quan-
tus ergo sum ego, ut res-
pondeam ei, & loquar ver-
bis meis cum eo: Qui etiam
si habuero quippiam justum,
non respondebo, sed meum
iudicem deprecabor. Et
cum invocantem exaudie-
rit me, non credo quod
audierit vocem meam. In
turbine enim cõteret me,
& multiplicabit vulnera mea
etiam sine causa.

Quare detraxistis sermō-
nibus veritatis: ad incre-
pandum verba componitis:
& subvertere nitimini ami-
cum vestrum? Verum-
tamen quæ cogitastis, explete.
Quod justum est, judi-

cate: & non inveniētis in
lingua mea iniquitatem. Ver-
umtamen. Gloria Patri.

In secundo Nocturno.
Ex libro Moralium sancti
Gregorii Papæ.
lectio iij.

Verè scio quod ita sit,
& quod non justificabitur
homo compositus Deo
non compositus iustitiam
Dei. Homo quippe Deo
percipit, compositus amittit:
quia quisquis se auctori
bonorum eomparat, bono se,
quod acceperat, privat. Qui
enim accepta bona sibi ar-
rogat, suis contra Deum
donis pugnat. Unde ergo des-
pectus erigitur, dignum est
ut cretus inde destruat. Sanctus
autem vir, quia omne virtutis
meritum esse vitium conspicit,
si ab interno arbitro dicitur
judicetur, recte sub-
jungit: Si voluerit contē-
dere cum eo, non poterit
respondere ei unum pro
mille.

Induta est caro mea pu-
tridine, & sordibus pilve-
ris cutis meæ aruit, & con-
tracta est: Memento mei
Dōmine, quoniam ventus
est vita mea. Dies mei
velocibus transierunt, quam
à texente tela succiditur, &
consumpti sunt absque ulla
spe. Memento mei.

Lectio v.

IN Scriptura sancta millenarius numerus pro unitate solet intelligi. Hinc etiam Psalmista ait: Verbi, quod mandavit in mille generationes: cum profecto constet, quod ab ipso mundi exordio usque ad Redemptoris adventum per Evangelistam non amplius quam septuaginta & septem propagans numerentur. Quid ergo millenario numero, nisi ad proferendam novam sobolem perfecta universitas prescrite generationis exprimitur? Hinc & per Joannem dicitur: Et regnabunt cum eo mille annis: qui videlicet regnum sancte Ecclesie universitatis perfectione solidatur.

R. Paucitas dierum modicum finitur brevi: dimitte me Domine, ut plangam paululum dolorem meum, & Antequam vadam ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine. **V.** Manus tue Domine fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, & sicrepente precipitas me? Antequam vadam.

Lectio vi.

Quia vero monas decies multiplicata in denarium dicitur, denarius per semetipsum ductus in centenarium dilatatur; qui

rursus per denarium ductus, in millenarium tenditur: cum ab uno incipimus, ut ad millenarium venimus, quid hoc loco unius appellatio, nisi bene vivendi initium: quid millenarii numeri amplitudine, nisi ejusdem bonae vite perfectio designatur? Cum Deo autem contendere est, non ei tribuere, sed sibi gloriam suae virtutis arrogare. Sed sanctus vir conspiciat, quia & qui summa iam dona percipit, si de acceptis extolliat, cuncta quae acciperat, amittit.

R. Non abscondas me Domine a facie tua: manum tuam longe fac a me: **V.** Et formido tua non me terreat. **V.** Corripe me Domine in misericordia, non in furore tuo, ne forte ad nihilum redias me. Et formido. Gloria Patri. Et formido.

R. **Vii.** Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus Domine, nisi tu, qui solus es Deus? **V.** Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei. **V.** Numquid sicut dies hominis dies tui, ut quaras iniquitatem meam: cum sit nemo, qui de manu tua possit eruire? Et.

R. **viii.** Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: **S.** Sanctus, sanctus, sanctus,

cus. Dominus Deus Sabaoth: **P.** Pena est omnis terra gloria ejus. **V.** Tres sunt qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena.

FERIA SECUNDA.
De libro Job.Lectio i.
Cap. 27.

Addidit quoque Job, assumens parabola suam, & dixit: Vivit Deus, qui abstulit iudicium meum, & Omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam. Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit a me, ut iustus vos esse iudicem: donec desiciam, non recedam ab innocentia mea.

R. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium: **V.** Parce mihi Domine: nihil enim sunt dies mei. **V.** Cuius mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt. Parce.

Lectio ii.

Iustificatiorem meam, quam coepi tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sit ut impius inimicus meus: & adversarius meus, quasi iniquus. Quae est enim spes hy-

poritae, si avare rapiat, & non liberet Deum animam ejus? Numquid Deus audiet clamorem ejus, cum venerit super eum aenescita? Aut poterit in omnipotentia delectari, & invocare Deum omni tempore?

R. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & Et calamitas quam patior, in statera. **V.** Quasi arena maris haec gravior appareret, undè & verba mea dolore sunt plena. Et.

Lectio iii.

Docèbo vos per manum Dei qui Omnipotens habeat, nec abscondam. Ecce vos omnes nostis, & quod sine causa vana loquimini: Haec est pars hominis impij apud Deum, & hereditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipiant. Si multiplicati fuerint filij ejus, in gladio erunt, & nepotes ejus non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerit ex eo, sepelientur in interitum, & viduae illius non plorabunt. **V.** Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandum verba componitis, & subvertere nitimini amicum vestrum? **V.** Veritatem, quae cogitatis, explècte: **V.** Quod justum est, iudicate: & non invenietis in lingua mea iniquitatem. Veritatem.

Gloria Patri. Veritatem.